



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

30. Exemplum memorabile, de quodam molitore, qui posteaquam toto triennio per Paralyzin omnium membrorum suorum officio destitueretur, tandem à beata Dei genitrice visitatus, & paulò post curatus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

Exemplum memorabile de quodam molitore, qui posteaquam toto triennio per paralyfin omnium membrorum suorum officio destitueretur, tandem a beata Dei genitrice visitatus, & paulo post curatus est.

CAP. XXX.

Venerandus doctrina & pietate vir demetrius N. ob insignem animi candorem & pietatem omnibus charus, mihi exposuit, quod ante annos circiter triginta novisse quendam molitorē in pago Lubecae propè Teneremusdam in Belgio, qui cum honestè inter suos vivere, & quæque morum facilitate polleteret, & omnes eius desiderio tenerentur, tandem in gravissimam paralyfin incidit, qua toto triennio ita detinebatur, ut omnium membrorum officio destitueretur. Itaque cum celebriora festa, præcipuè D. virginis solemnia ex more celebrarentur in Ecclesia, diutini sui languoris pertæsus, crebrò sacratissimæ Dei genitricis opem implorabat, eidemque cum gemitu & suspirio conquereretur, quod suæ sacræ festivitatis interesse non posset. Quod cum sæpius deprecasset, tandem noctu D. virgo cubiculum eius ingressa est, habens in comitatu complures virgines sacras, iam in caelestibus triumphantes, quæ omnes admirabili fulgore & credibili venustate, & cubiculum totum illustrabant, ipsumque infirmum ineffabili gaudio recreabant. Inter quas singulari splendore pulcherrimæ

pulchritudine immesa præminebat sacra-
tissima virgo Maria. Quãquam & reliquas vir-
gines omnes (mente ex præsentis lumine diui-
nitatis illustrata) earumdemque nomina & sta-
tum luculenter discernerebat. Moxque molitor
uxorem sibi accubantem compellat, ut è som-
no excitata, tam iucundæ visionis & admira-
bilis splendoris participes fieret. Illa verò gra-
uiori somno diuinitus detinebatur. Porro B.
Virgo infirmum alloquens, ait: audiuisse se ge-
mitus & suspiria ipsius, & hunc tandem eum
voti sui compotem fore, cum primum se in
Ecclesiam ad altare B. Virginis defertur curaret.
Multa deinde ipsa B. Virgo eidem infirmo præ-
dixit de impendentibus toti Belgio plagis ac
griuissimis tempestatibus, prohibens ne quic-
quam de illis arcanis cuiquam hominum re-
velaret. Possit tamen ac debere eum omnes ad
meliores vitam ac pœnitentiam hortari, si
forte plagæ imminentes vel auerterentur, vel
Dei misericordia mitigarentur. Molitor ea
visione recreatus, paulo post rogat se defertur
ad Ecclesiam. Ad quam delatus, ait gestanti-
bus, ut dimittatur. Dimissus, mox quindecim
gradus, per quos ad crepidinem altaris sacra-
tissimæ Virginis accessus erat, solus adscendit, &
iam inde ab eadem hora integram incolumi-
tatem, omniumque membrorum suorum of-
fensa recepit. Ille verò deinceps religiosissi-
mam & sanctissimam vitam ducere incepit,
M 6 assidue

assidue in templo versans, orationi & rebus
 diuinis vsque adeo intentus, vt ex oculis totis
 que vultu omnibus patefceret, cum assidue
 caelestia ac diuina meditari, fatebaturque
 alacri animo geniculatim reptaturum Peni-
 usque, vt vel modico tempusculo, eadem in
 amabili ac iucunda luce, tamque desiderabili
 tot sacratissimarum virginum adpectu de-
 nuo potiri posset. Porro venerandus vir Do-
 minus N. qui haec ex ore ipsius molitoris au-
 diuit, cum aliquoties in concione suis audi-
 toribus hanc tam amabilem historiam expo-
 neret, vidit multos auditorum praegusto
 desiderio rerum caelestium in lachrymas solui.

*Simcon Metaphrastes in oratione de ortu, educatione
 ac decessu sanctissima Deiparae virginis. Idem
 quidam irruens in sanctum grabatum, quo corpus
 exanime sacratissima virginis deponabatur, diu-
 nitus abscissione manuum puniuntur, idemque post
 ueram penitentiam sanatur.*

CAP. XXXI.

CVM diuina arca sacratissimi corporis
 temeratae virginis, ex Sion Apostolica
 vecta manibus humeris ad sacrum Gethsema-
 nae praedium exportaretur, accidit huic pro-
 chra & diuinae rei graue quidem, quod & pro-
 diosum, non tamen silentio, sed memorie me-
 ritum: & ad gloriam quidem & laudem pro-
 rum, dedecus autem impiorum, qui infidelitatis
 tatis malum semper sectantur. Cum hoc fa-